

Band XI., Nr. N5560, Seite 456-459

Papst Urban III. nimmt das Kloster Sinsheim in seinen Schutz und bestätigt seine Besitzungen und seine Privilegien.

Verona, 118[6]. Januar 29.

Urbanus episcopus servus servorum dei dilectis filiis Heinrico abbati de Sunesheim eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium Sunesheim, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus que in presentiarum iuste et canonice possidet vel in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, fœlicis recordationis Alexandri pape predecessoris nostri vestigiis inherentes sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus^a. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, [in quo]^b ecclesia memorata sita est, cum allodio quod habetis in Sûnesheim ecclesia decimatione et omnibus pertinentiis suis etc.^c, predium in Durmentze cum ecclesia et dimidia parte decime et omnibus appenditiis etc.^d; predium in Lientzingen cum ecclesia et omnibus appenditiis suis, curtem in Ceissolfesweilre cum ecclesia et dimidia parte decime et omnibus appenditiis etc.^e, specialiter autem electionem advocati liberam, ita videlicet, ut nullum ibi episcopus advocatum constituat, sed abbas per se ipsum quemcumque voluerit eligat, et ut ab eadem abbatia sicut a fundatore loci libertate donata nihil omnino servitii ob hoc episcopus exigat. Libertates etiam ecclesie in Sûnesheim et aliarum ecclesiarum, sicut eas de concessione bone memorie Johannis Spirensis episcopi rationabiliter possidetis et in eius scripto authentico continetur, vobis et monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus. Libertates quoque a predecessoribus nostris vobis indultas et hactenus pacifice observatas ratas habemus easque perpetuis temporibus manere decernimus illibatas. Interdicimus quoque, ne quis vos aut monasterium vestrum opprimere vel indebite

^aEs fehlen ohne Auslassungszeichen die Sätze des Formulars: *In primis siquidem statuentes ind Preterea quascunque possessiones.*

^bFehlt in der Abschrift.

^cFehlt in der Abschrift.

^dFehlt in der Abschrift.

^eSo die Vorlage. Es fehlt der Anfang des folgenden Satzes, vielleicht mehr.

II

molestare audeat vel pro investitura seu ordinatione abbatis qualibet exactione gravare nec advocatus monasterii, qui pro tempore fuerit, monasterium ipsum vel curtes eius vobis invitis hospitiiis seu procuracionibus inquietet aut mancipia vel alia bona monasterii cuilibet in feudum conferre presumat. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, obsistat nullus, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus corpora mortuorum assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Eundem quoque locum ab episcopo supra debitum frequentari vel res eius inde auferri praeter abbatis ac fratrum voluntatem omnimodis prohibemus, ne in servorum dei recessibus populari[bus] occasio prebeat ulla conventibus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare vel eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed ut omnia integra et illibata serventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua in futurum igitur ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit, postetatis honorisve sui dignitate careat reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniunt. Amen. Amen. Amen.

(Rundzeichen.) Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus subscripsi. (Monogramm für Bene valet.)

+ Ego Theodimus Portuensis [et sancte] Rufine^f episcopus subscripsi.

^fVorlage: *Portuens. Rufn. sedis*. Denselben Wortlaut der Unterschrift siehe z.B. bei Urkunde Nr. 443 (WUB, Bd. II, S. 226) von 1182 Nov. 22, vgl. auch JULIUS VON PFLUGK-HARTUNG (HRSG.): *Acta pontificum Romanorum inedita*, 3 Bde., Tübingen [und Stuttgart] 1881-86, Bd. 1, S. 325 und S. 329. Der Name des Kardinals ist richtiger Theodinus = Theodewin, vgl. N5554 (WUB, Bd. XI, S. 452).

III

- + Ego Henricus Albanensis episcopus subscripsi.
- + Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus subscripsi.
- + Ego Johannes presbiter cardinalis tituli sancti Marci subscripsi.
- + Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie trans Tiberim tituli^g Calixti subscripsi.
- + Ego Pandulfus presbiter cardinalis tituli^h duodecim apostolorum subscripsi.
- + Ego Albertusⁱ tituli^j Sancte Crucis in Jerusalem presbiter cardinalis subscripsi.
- + Ego Melior sanctorum Johannis et Pauli tituli^k Pamachii presbiter cardinalis subscripsi.
- + Ego Adeldardus tituli^l sancti Marcelli presbiter cardinalis subscripsi.
- + Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodoric^m subscripsi.
- + Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis subscripsi.
- + Ego Soffredus sancte Marie in via lata diaconus cardinalis subscripsi.
- + Ego Rolandus sancte Marie in porticu diaconus cardinalis subscripsi.
- + Ego Petrus sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis subscripsi.
- + Ego Rudolphus sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis subscripsi.

Datum Verone, per manum Transmundi sancte Romane ecclesie notarii, quarto kalendas Februarii, indictione tertia; incarnationis dominice anno millesimo centesimo octuagesimo quinto, pontificatus vero domini Urbani pape tertii anno primo.

^gVorlage: *titulo*.

^hVorlage: *titulo*.

ⁱLies: *Albinus*.

^jVorlage: *titulo*.

^kVorlage: *titulo*.

^lVorlage: *titulo*.

^mLies *Theodori*, vgl. JULIUS VON PFLUGK-HARTTUNG (HRSG.): *Acta pontificum Romanorum inedita*, 3 Bde., Tübingen [und Stuttgart] 1881-86, Bd. 1, S. 329.

IV

Das Original dieser Bulle scheint nicht mehr vorhanden zu sein. Dem Abdruck ist eine Abschrift zu Grund gelegt, die von einem Notar Johann Lemp beglaubigt und statt des Originals im Jahr 1572 vom Stift Sinsheim an Württemberg übergeben worden ist, als dieses die Kirchensätze und Zehnten in Dürrmenz und Zaisersweiher von Sinsheim gekauft hatte.

Die Abschrift ist, wie die Anmerkungen zeigen, unvollständig, ohne dass der Notar bei seiner Unterschrift das bemerkt hätte. Insbesondere ist die Aufzählung der Besitzungen des Klosters gekürzt und daraus wenig mehr aufgenommen, als was zu dem Verkauf von 1572 gehörte; nach Ansicht des Klosters hatte dieses damals auch noch Rechte an der Kirche in Lienzingen, die jedoch tatsächlich schon seit etwa 100 Jahren im Besitz von Maulbronn war.

Die Urkunde ist in der vorliegenden Form jedenfalls nicht echt. Es scheint aber, dass das Kloster ein echtes Privilegium Urbans III. besaß und durch Einschiebungen verunechtet hat. Einwandfrei ist der Eingang bis zum Güterverzeichnis einschließlich, ebenso der Satz *Libertates quoque*, der Abschnitt von *Cum autem generale interdictum* bis *providerint eligendum* und endlich der Schluss von *Decernimus ergo* mit dem ganzen Protokoll. Die Einschiebungen beziehen sich auf das Verhältnis des Bischofs von Speyer und des Klostersvogtes zum Kloster, woraus der Anlaß zur Fälschung zu erkennen ist.

Die Zählung des Inkarnationsjahrs und der Indiktion ist unrichtig, da Urban III. erst 1185 Nov. 25 Papst geworden ist. Für die Beurteilung des Stücks als Fälschung kann jedoch diese Tatsache nicht verwertet werden, weil derartige Rechenfehler in päpstlichen Urkunden dieser Zeit nicht eben selten sind, vgl. dazu die Bemerkung bei Jaffé/Löwenfeld: *Regesta pontificum*, Nr. 17513.

Die Regestierung bei Jaffé/Löwenfeld: *Regesta pontificum*, Nr. 15527 (Nr. 9795) erfolgt nach einer Notiz im *Chronicon Sinzheimense* bei FRANZ JOSEPH MONE (HRSG.): *Quellensammlung der badischen Landesgeschichte*, 4 Bde., Karlsruhe 1848-1867. , Bd. 1, S. 208, mit der Bezeichnung als verdächtig.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 601 U 6

Überlieferung und Textkritik:

Beglaubigte Kopie des Notars Johann Lemp. Vgl. HStA Stuttgart A 502 U 715: Württ. kauft von Stift Sinsheim die Kirchensätze, Zehnten in Dürrmenz und Zaisersweiler.

Regesten:

PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 15527. Germania pontificia, Bd. 3, S. 134 f., Nr. 4.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Verona

Ortsindex:

Alba, Piemont, Italien

Dürrmenz Wohnplatz (7058)

Dürrmenz, Mühlacker, PF

Jerusalem, Israel

Lienzingen Wohnplatz (7064)

Lienzingen, Mühlacker, PF

Ostia, Latium, Italien

Porto, Latium, Italien

Sinsheim Wohnplatz (6553)

Sinsheim, HD

Speyer, SP

Velletri, Latium, Italien

Verona, Venetien, Italien

Zaisersweiher Wohnplatz (7048)

Zaisersweiher, Maulbronn, PF